



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Ammiani Marcellini Rervm Gestarvm Liber Decimvsoctavvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

AMMIANI MARCELLINI

RERVM GESTARVM LIBER
DECIMVSOCTAVVS.

AEC PER orbis uarias partes, uno eodemq; anno sunt gesta. At in Gallijs cum in meliore statu res esset, & Eusebium atq; Hipatium fratres sublimaret uocabulo consulum Iulianus, contextus successoribus darus apud Hyberna sequestratis interim sollicitudinibus bellicis, haud minore cura prouinciarum fortunis multa conducētia disponebat: diligenter obseruans, ne quē tributorū sarcina pragrauaret, néue potentia præsumeret aliena, aut hi uersarentur in medio, quorum patrimonía publicæ dades augebant, uel iudicium quisq; ab æquitate deuiaret impune: Idq; ea re leui labore correxit, quod ipse iurgia dirimens, ubi causarū cogebat magnitudo, uel personarum erat indeclinabilis iustorum iniustorumq; distinctor. Et licet multa sint eius laudanda in huiusmodi cōtrouersijs, unum tamen sufficit poni, ad cuius similitudinem acta sunt. Numerium Narbonensis pauloante rectorem accusatum ut furem, inusitato censorio rigore pro tribunali palàm admissis uolentibus audiebat: qui cum insita ratione defenderet obiecta, nec posset in quoquàm confutari, Cephidius orator acerrimus uehementer eum impugnans, documentorū inopia percitus

Sequestratis sollicitudinibus.

Distinctor. Exemplum probitatis Iuliani.

exclamauit: Nec quis florentissime Cæsar nocens esse poterit usquam, si negare suffecerit. Circa quem Iulianus prudenter motus ex tempore, Et quis, ait, innocens esse poterit si accusasse sufficet? Et hæc quidē, & huiusmodi multa ciuilia. Egressurus autem ad procinctum urgentem, cum Alemannorū pagos aliquos esse reputaret hostiles, & ausuro immania ipsi quoq; ad cæterorum sternerentur exempla: hærebat anxius qua uī, qua celeritate, cum primum ratio copiam tribuisset, rumore præcurso terras eorum inuaderet repentinus. Seditque tandem multa & uaria cogitanti id tentare, quod utile probauit euentus. Hario, baudem uacantem tribunum fidei, fortitudinisq; notæ, nullo conscio legationis specie, ad Hortarium miserat regem iam pacatum, ut exinde facile ad collimitia progressus eorum, in quos erant arma protinus commouēda, scitari possit quid molirentur, sermonis Barbarici perq; gnarus, quo fidenter ad hæc partranda digressio ipsi anni tempore opportuno, ad expeditionem undiq; milite reuocato pfectus, id inter peritissima mature dixit implendum, ut ante præliorum feruorem ciuitates multo ante excisas, quas introiret, receptaque communi

Quis innocens, si accusasse sufficet.

Collimitia.

Sermonis barbarici perq; gnarus.

Saties. tannis sueta transferri. Et utcunq; in hisdem saties condita est, ciuitates occupate sunt septē, Castra Herculī Quadriburgi unius Tricensime, & Niues Iobonna, Antennacum, & Iungo, ubi lato quodam euentu etiā Florētius præfectus apparuit, subito partem militum ducens, & commeatum præferens copiam

Aps + Qua driburgiū, Stricēsum, & Niuesiū, Bonna, Antennacum, & Bingio.

copiam

Necessitatis
articulus.

copiam sufficientē usibus longis. Post hæc impetrata restabat adigente necessi-
tatum articulo receptorum urbium mœnia reparari, nullo etiam tum intertur-
bante, & quæ claris indicijs, aspera tempestate, utilitatis publicæ metu Barbaris
obedisse rectoris amore. Romanos reges expectatos superioris anni ædificijs,
habilia multa suis miserant carpētis, & auxiliari milites semper munia spernen-
tes huiusmodi ad obsequendi sedulitatem. Iuliani blanditijs deflexi quinquagenarias, longioresq; materias uexere ceruicibus ingrauate, & fabricandi mini-
sterijs opem maximam contulerunt: quæ dum diligenti maturantur effectu,
Hariobaudes exploratis omnibus redijt, docuitq; comperta. Post cuius aduen-
tum incitatis uiribus, omnes uenere Mogontiacum, ubi Florentio & Lupicinio
Seueri successore destinato certantibus, per pontem illic cōstitutum transiri de-
bere nitebatur firmissime Cæsar, adserens pacatorum terras nō debere calcari,

Inciuitas.

ne, ut sæpe contingit, per inciuitatē militi occurrenti uastitatis abruptæ fœdera
frangerentur. Alemanni tamen omnes, quos petebat exercitus, confine pericu-
lum cogitantes, Sumoarium regem amicum nobis ex pactione præterita moue-
runt minaciter, ut à transitu Romanos arceret. Eius enim pagi Rheni ripis ulte-
rioribus adhærebant. Quo testante solum non posse, in unum coacta barbari-

Mogōtiacū.

ca multitudo uenit propè Mogontiacum, prohibitura uiribus magnis exer-
citurum, ne transmitterent flumen. Gemina ita ratione uisum est habile quod
suaserat Cæsar, ne pacatorum terræ corrumperentur niue renitente pugnacissi-
ma gente, pons cum multorū discrimine iungeretur in locum ad compaginan-
dum pontem aptissimum. Quod hostes solertissime contemplati, per cōtrarias
ripas leniter insidentes, ubi nostros figere tentoria procul cernentibus, si quoq;
noctes agebant exsomnes, custodientes peruigili studio ne transitus tentaret.

Locus ad cō-
paginandū
pontem.

Vallo, fossa,
q̄ quieuerē.

Verum cum nostri locum aduentarēt prouisum, uallo fossaq; quieuerē circun-
dati, & accito Lupicinio in consilium, Cæsar certis imperauit tribunis, ut trecentos
pararent cum sudibus milites expeditos, quid agi, quoue iri debere peni-
tus ignorantes. Et conlecti nocte prouecta, impositaq; omnes quos uisaria
naues quadraginta, quæ tunc aderant, solæ ceperunt, decurrere iubentur per
flumen adeo taciti, ut etiam remi suspenderentur, nē barbaros sonitus excita-
ret undarum, atq; mentes agilitate, & corporum dum hostes nostrorum ignis
obseruant, aduersus percurrere milites ripas, celeri conatu contendunt. Dum
hæc celerantur, Hortarius rex nobis antea fœderatus, non nouaturus quædam,

Reges &
Reguli.
Epulæ exten-
tæ ad uigiliā
tertiam.

sed amicus finitimis quoq; suis, reges omnes & regales & regulos ad cōuiuium
conrogatos uenit, & epulis adusq; uigiliam tertiam more gentili extētis, quos
discedentes inde casu nostri ex improviso adorti, nec corrigere ullo modo po-
tuerunt, tenebrarū equorum adiumento, quo dubius impetus trahit adreptos.
Lixas uero uel seruos, qui eos pedibus sequebant, nisi quos exemit discrimine
temporis obscuritas, occiderunt. Cognito deniq; Romanorū transitu, qui tunc
per quæ expeditiones præterita sibi leuamen sumere laborum opinabant, ubi
hostem contingeret inueniri percussis, Reges eorumq; populi, qui pontem ne
strueretur, studio seruabant, intento metu exhorrescentes, diffuse uertuntur in
pedes,

pedes, & indomito furore sedato necessitudines, opesq; suas transferre longius festinabant. Statinq; difficultate omni depulsa, ponte constrato, sollicitarum gentiū opinione præuenta, uisus in barbarico miles, per Hortarij regna transibat intacta. Vbi uero terras infestorū etiam tum tetigit regum urens omnia, rapinisq; per mediū rebellium solum grassabatur intrepidus. Post quæ sepimenta fragilium penatium inflammata, & obruncatam hominū multitudinem, uisusq; cadentes multos, aliosq; supplicantes: cum uentum fuisset ad regionem cui Capellatij, uel Palas nomen est, ubi terminales lapides Romanorum & Burgundorum confinia distinguebant, castra sunt posita: ea propter ut Macrianus & Hariobaudus germani fratres & reges susciperentur impauidi, qui p̄p̄inquare sibi perniciem sentientes, uenerant pacem anxij animis precaturi. Post quos statim rex quoq; Vadomarius uenit, cuius erat domicilium contra Rauracos, scriptisq; Constantij principis, quibus commendatus est, arctius allegatis, leniter susceptus est, olim ab Augusto in clientelam rei Romanæ susceptus, & Macrianus quidem cum fratre inter aquilas admissus, & signa stupebat armorum uiriumq; uariū decus uisa, tunc primitus proq; suis orabat. Dadomarius uero nostris coalitus, utpote uicinus limiti, mirabatur quidem apparatus ambitiosi procinctus, sed uidisse se talia sæpe adolescentia meminerat prima. Libratis deniq; diu concilijs, concordie adfensione cunctorum, Macriano quidem & Hariobaudo pax est adtributa. Dadomario uero qui suam locaturus securitatem in tuto, & legationis nomine precator uenerat pro Vario, & Ursicino, & Verfalpo regibus, pacem itidem obsecrans, interim responderi non poterat, ne ut sunt fluxioris fidei Barbari, post abitum recordati nostrorum parum acquiescerent per alios impetratis. Sed cum ipsi quoq; missis legatis post messes incisas, & habitacula, captosq; plures, & interfectos, ita supplicarent, tanq; ipsi hæc deliquissent in nostros, pacem conditionū similitudinem eruerunt. Inter quas id festinatum est maxime, ut captiuos restituerent omnes, quos rapuerat excursibus crebris. Hæc dum in Gallijs cælestis corrigit cura, in comitatū Augusti turbo nouarum exoritur rerum, à primordijs leuibus ad luctus & lameta progressus: in domo Barbationis pedestris militiæ tūc rectoris examina pascere perspicuum. Superq; hoc prodigiorum gnaros solicite consulenti, discrimē magnum portendi responsum est, cōiectura uidelicet tali, quod hæc uolucres post compositas sedes, opesq; congestas, fumo pelluntur, & turbulento sonitu cymbalorū. Huic uxor erat Assyria nomine, nec tacitura, nec prudens: quæ eo ad expeditionem profecto, & multiplici metu suspēso, ob ea quæ meminerat sibi prædicta, perculsa uanitate muliebri, ancilla adscita notarum perita, quam è patrimonio Siluani possederat, ad maritum scripsit intempestiue, uelut flens, obtestansq; ne post obitū Constantij propinquante, in imperiū ipse, ut sperabat, admissus despectet se, anteponeret Eusebiæ matrimoniū, tunc reginæ decore corporis inter multas sceminas excellentis. Quibus literis occulte, quantū fieri potuit, missis, ancilla quæ domina dictante perscripserat, reuersis omnibus è procinctu exemplum ferēs, ad Barbationem noctis prima quiete confugit, auideq; suscepta, *Li* chartulam

Visus in barbarico miles

Terminales lapides. Confina Burgundorū & Romanorū.

Apparatus ambitiosi procinctus.

Fluxioris fidei Barbari.

Portentum apium.

Ancilla domina dictante perscripserat.

chartulam prodidit. Hocq; indicio ille cōfusus, ut erat uel ad criminandū aptissimus, principi detulit, atq; ex usu, nec mora ulla negotio tributa: nec qui & Barbatio epistolam suscepisse confessus, & mulier scripsisse documento cōiuncta nō leui, ceruicibus interiere præcis. Hisq; punitis quæstiones longæ serpebant, uexatiq; multi nocentes sunt, & innocentes. Inter quos etiam Valentinus ex Primicerio protectorū tribunus, ut cum suis inter cōplures alios tortus aliquoties superuixit, penitus quid erat gestum ignorās. Ideoq; ad iniuriæ, periculiq; compensationem ducis in Illyrico meruit potestatem. Erat autē idem Barbatio subagrestis adrogantisq; propositi, ea re multis exosus, quod & dum domesticos protectores sub Gallo regeret, Cæsar proditor erat & perfidus. Et post eius excessum nobilioris militiæ statu elatus, in Iulianū itidem Cæsarem paria confingebat, crebroq; detestantibus bonis sub Augusti patulis auribus multa garriabat & saua, ignorās profecto notum Aristotelis sapiēs dictum, qui Calisthenē sectatorem & propinquū suum ad regem Alexandrum mittēs, ei saepe mandabat, ut cōrarissime & iucūde apud hominē loqueretur, uita potestatem & necis in acie linguæ portantē. Ne sit hoc mirum, homines profutura discernere nonnunq; & decētia, quorum mentes cognatas cælestibus arbitramur: animalia ratione carentia salutem suam interdum alto tueri silentio solent, ut exemplū est hoc perq; notum: linquentes Orientē anseres ob calorem, plaga inq; petētes ociduam, cum montem penetrare cœperint Taurum aquilis abundantē, timētes fortissimas uolucres rostra lapillis ocludūt, ne eis eliciat uel necessitas extrema clangorem, hisdemq; collibus agiliore uolatu transcursis projiciūt calculos, atq; ita securius pergunt. Dum apud Syrmīū hæc diligētia quærūtur impensa, Orientis fortuna periculorū terribilis tuba inflabat. Rex enim Perfidis ferarū gentium quas placarat adiumentis accinctus, augendiq; regni cupiditate super homines flagrans, arma, uiresq; parabat, & cōmeatus, consilia tartareis manibus miscens, & præstitionis omnes consulens de futuris: hisq; satis conlectis peruadere cuncta prima uerni tēperie cogitabat. Et cū primo rumores, deinde nunciū certi perferrent, omnesq; suspensos aduentantiū calamitatū cōplicaret magna formido, Comitēsis fabrica eandē incudē (ut dicitur) diu noctūq; tundendo ad spadonum arbitrium, Imperatori suspicanti ac timido intendebat Vrsicinum uelut uultus gorgonei toruitatē. Hæc saepe taliq; replicans, quod interempto Siluano, quia penuria meliorum ad tuendas partes Eoas denuo missus altius anhelabat. Hæc autē adsentandi nimia fœditate mercari complures nitebatur, Eusebij fauorem cubili tunc præpositi, apud quem sui reditus debebat multa Constantius: post id antedicti magistri equitum salutem acriter impugnantis ratione bifaria, quod omnīū solus nec opus eius agebat ut cæteri, & demum se non crederet Antiochiæ, quam molestissime flagitabat, qui ut coluber copia uirus exuberans, natorum multitudinem etiam tum ægre serpentem excitans, ad nocendum emittebat cubicularios iam adultos, ut inter ministeria uita: secretioris, gracilitate uocis semper puerilis & blandæ, apud principis aures nimium patulas, existimationem uiri fortis inuidia graui pulsarent, & breui iussa fecerunt.

Horum

Primicerius.

Patulæ aures Augusti.

Rarissime & iucūde apud regem loquēdum.

Anseres silentio sibi consulant.

Incudē, ut dicitur, tundere.

Coluber.

Principis aures patulæ.

Horum & similium tædio iuuat ueterem laudare Domitianum : qui licet patri
 fratriq; dissimilis, memoriam nominis sui inexpiabili detestatione perfudit,
 tamen receptissima inlaruit lege, qua minaciter interdixerat, ne intra terminos
 iurisdictionis Romanæ castraret quisq; puerum, quod ni cogitasset quis eorū ^{Necastratur}
 ferret examina, quorum paucitas difficile toleratur. Actum est tamē cautius ne ^{pueri.}
 ut fingebat, rursus accitus idem Vrsicinus metu cuncta turbaret, se cum fors co/
 piam detulisset, raperetur ad mortē. Hæc operientibus illis & ancipiti cogitatio
 ne districtis nobis apud Samosatam Comageni quondam regni clarissimā se/
 dem parum permorantibus, repente noui motus rumoribus densis audiuntur
 & concretis, quos docebat orationis progrediens exitus. Antonius quidem ex
 mercatore opulento rationarius apparitor Mesopotamiæ ducis tūc protector ^{Rationarius}
 exercitatus & prudens, perq; omnes illas notissimas terras, auiditate quorundā ^{apparitor.}
 nexus ingentibus damnis, cum iurgando contra potentes se magis magisque in/
 iustitia frangi cōtemplaretur, ad differendā potentioribus gratiam, qui specta/
 bant negociū inclinatis, ne contra acumina calcitraret, flexisse in blandicias mol/
 licres: confessusq; debitum per concludia in nomen fisci translatum, iamq; ausu
 rus immania rimabatur testus Reip. membra totius, & utriusq; linguæ literas <sup>Contra acu/
mina calci/
trans.</sup>
 sciens, circa ratiocinia uersabatur: qui uel quarum uirium milites ubi agant, uel ^{Ratiocinia,}
 procinctus tempore quos intueretur describens, itidem armorū & cōmeatum
 copia, aliāq; usui bello futura, an abunde suppetant, indefessa scitatione percon/
 tans. Et dum totius Orientis didicisset interna uirorū, stipendijq; parte maxi/
 ma per Illyricum distributa, ubi destinabatur ex negocijs serijs Imperator, ad
 lapsura iam præstituto die soluendæ pecuniæ, quā per syngrapham debere se ^{Syngrapha,}
 cōfiteri uel metūq; compulsus est, cum omnibus se prospiceret undiq; periculis
 opprimendum, Largitionū comite ad alterius gratiam infestius perurgente, fu/
 gam ad Persas cum coniuge, liberisq; & omni uinculo charitatum ingenti mo/
 limine conabatur: atq; ut lateret stationarios milites, fundū in Hiaspide, qui lo/
 cus Tigridi fluentis adluitur, precio nō magno mercatur. Hocq; cōmento cum <sup>Stationarij
milites,</sup>
 nullus causam ueniendi ad extremas Romani limitis partes, iam possessorem
 cū plurimis auderet exigere per familiares fidos, peritosq; nandī, occultis sape
 conloquijs cū Sapore habitis, qui tractus omnes aduersus duces potestate tūc
 tuebatur, & antea cognitus misso à Persicis castris auxilio uirorū perniciū lem/
 bis impositus, cū omni pœna tum maris dulcedine nocte concubia transfretat, <sup>Fuga Anto/
nij,
Nocte con/
cubia,</sup>
 res cōtra spem Cizopiri illius similis Barbronij proditoris. Rebus per Mesopo/
 tamiā in hunc statum deductis, Palatina cohors Palinodiā in exitū concinens ^{Palinodia,}
 nostrū, inuenit tandē amplā nocendi fortissimo uiro autore, & incitatore cœtu
 spadonū, qui feri & acidi semper, carentesq; necessitudinibus cæteris, diuitias so/
 las ut filiolas iucū dissimas amplectuntur. Stetitq; sententia, Sabinianus uir qui <sup>Diuitias am/
plectitur ut
filias,</sup>
 dem, & bene nūmatus, sed imbellis & ignauus, & ab impetranda magisterij di/
 gnitate per obscuritatem adhuc longe discretus, præficiendis Eois partibus mit/
 teretur: Vrsicinus uero curaturus pedestrem militiam, & successurus Barbationi
 ad comitē reuerteretur, quo præsens rerū nouarū auidus concitor, ut iactabant, ^{Concitor,}

Ii 2 à grauibus

à grauibus inimicis & metuendis incesferetur. Dum hæc in castris Constantij
 Diribitores. quasi per lustra aguntur, & scenam, & diribitores uenundatæ subito potestatis,
 aucter. Participatur mensæ regales.
 mensæ regales, & meritorum apud Persas ad suadendum, ferendasq; senten-
 tias in concionibus ora panduntur: non contis, nec ramulo (ut aiunt) id est, non
 Flexiloquæ ambages. Lētitudinis increpabat Maharbal Hannibalē.
 flexiloquis ambagibus, uel obscuris, sed uelificatione plena in Remp. ferebatur:
 eundemq; incitans regem, ut quondam Maharbal lētitudinis increpans Han-
 nibalē, posse eum uincere, sed uictoria uti nescire adsiue prædicabat. Eductus
 enim in medio, ut rerum omniū gnarus, auditorum nactus uigilias, eius sensus
 & aurium delinimenta captantes, nec laudantium, sed secundum Homericos
 Pheacas cum silentio admirantium, iam inde quadringenti ferè anni memoria
 replicabat, post bellorum adsiuos casus, & maxime apud Helæam & Synadā,
 ubi acerrima illa nocturna concertatione pugnatū est, nostrorum copijs ingenti
 strage confolis, quasi dirimenta quodam medio faciali Persas nondum
 ædissam, ne potens Eufates tetigisse uictores, quos armi potētia fretos, successi-
 busq; magnificis ita dilataste decuerat: arent eo maxime tempore, quo diutur-
 nis bellorum ciuiliū motibus sanguis uiriumq; Romani roboris fundebatur.
 Regē incen-
 debat. His talibus subinde inter epulas habitis, perfuga ubi de apparatu bellorū & fe-
 rijs rebus apud eos Graiorum more ueterum consultatur, regem incendebat ar-
 dentem, ut exacta hyeme statim arma fretus fortunæ suæ magnitudine concita-
 ret: Ipse quoq; in multis ac necessarijs operam suam fidenter promittens. Sub
 hisdem ferè diebus Sabinianus adepta repentina potestate sufflatus, & Ciliciæ
 Comitatus dignitate. fines ingressus, decessori suo principis literas dedit hortantis, ut ad comitatum
 dignitate adficiendus superiore citius properaret eo necessitatum articulo, quo
 etiam si apud Thulem moraretur. Vrsicinus acciri eum magnitudine rerum ra-
 tione probabili flagitabat, ut puta disciplinæ ueteris, & longæ usu bellandi artis
 Persicæ scientissimū. quo rumore prouincijs percitis ordine ciuitatum, & popu-
 li decretis & acclamationibus densis, iniecta manu detinebant penes se publicū
 Vmbratilis miles. defensorē. memores quod relictus ad sui tutelam, cum inerti & umbratili mili-
 te, nihil amiserat per decennium, simul metuentes saluti, quo tempore dubio re-
 moto illo aduenisse hominem compererent inertissimū, credimus. Neq; enim
 dubium est per uarios, aëriosq; tramites famā perpetem uolitare: cuius iudicio
 hæc gesta pendente, consiliorum apud Persas summa præponebatur, & multis
 ultro citroq; deliberatis placuit, Antonio suadente, ut Vrsicino procul amoto,
 despectoq; nouello duce, posthabitis ciuitatum perniciosis obsidijs, perrumper-
 retur Eufates, irriteturq; prorsus, ut occupari possit prouinciæ fama celeritate
 prauēta, omnibus ante bellis (nisi temporibus Galieni) intracta, pacēq; longissi-
 ma locupletis, cuius rei prosperante deo ductorem comodissimum fore sponde-
 bat. Laudato firmatoq; concordī omnium uoluntate consilio, conuersus ad ea
 quæ erant citius congerenda, commeatus, milites, arma, cæteraq; instrumenta
 prosperante deo. poscebat prociuctus aduentans, perpetua hyeme parabatur. Nos interea pau-
 lispe

lisper cis Taurum morati, ex imperio ad partes Italiae uenientes, festinantes pro-
 pe flumē uenimus Hebrum ex Odrysarum montibus decurrentem: ibiç; prin-
 cipis scripta suscepimus, iubentia omnia cautione posthabita reuerti Mesopo-
 tamiam sine apparitione, nullam expeditionem curaturi periculosam, ad alium
 omni potestate translata, quod ideo per molestos formatores imperij strueba-
 tur, ut si per se frustra habiti redissent ad sui ducis noui uirtutes, facinus ad signa
 retur egregiū: si fortuna æquior ingruisset, Vrsicinus reus proditor Reip. differ-
 retur. Agitatis ita sine rationibus diu contari, reuersiç; fastidij plenum Sabinia
 num inuenimus, hominē mediocri staturæ, & parui angusticq; animi, uix sine
 turpi metu sufficientem ad leuem cōuiuij, nedum strepitum praelio perferendū.
 Tamē cum speculatores apparatus omnes apud hostes feruere Constantij ad-
 uerfatione perfugis concinentibus adfirmabant oscitante homunculo, Nisibin
 prope uenimus utilia paraturi, ni dissimulantes obsidium Persæ ciuitati super-
 uenirent incaute. Dumq; intra muros maturanda perurgerentur, fumus, mican-
 tesq; ignes assidue tacita per castra Maurorū, & sulphurea, & alimenta reliqua
 adusq; ciuitatem perlucebant, solito crebriores erupisse hostes uastatorias ma-
 nus superato flumine permonstrantia: qua causa ne occuparentur itinera, celeri
 cursu prægressi. Cum ad Schediam uenissemus, liberali forma puerū Torqua-
 tum, ut coniectabamus, octennē, in aggeris medio uidimus eiulantem, ingenui
 cuiusdam filium, ut aiebat: quem mater dum imminentiu hostium terrore per-
 cita fugeret, impeditior trepidando reliquerat solum. Hunc dum imperatu du-
 cis miserati, commotiç; impositum equo præ me ferens ad ciuitatem reduco,
 circūuallato murorum ambitu, prædatores latius uagabantur. Et quia me ob-
 sionales erumnæ terrebant, intra semidausam posticā exposito puero, nostro
 rum agminum agilitate uolucris repetebam exanimis, nec multum fuit quin ca-
 perer. Nam eram abditus, dum quēdam tribunū fugientem cum calone ala se-
 queretur hostilis: lapsocq; per fugam domino seruū deprehensum. Cum ergo
 rapido ictu Transtem interrogassent, quis nam pfectus sit iudex: audissentq;
 Vrsicinum paulo ante urbem ingressum, mōtem Ixiam petere, inuicem in unū
 coacti complures, nos inrequietis cursibus sectabātur. Quos cum iumentū agi-
 litate progressus, apud Amudum munimentum infirmū dispersi per pabulum
 equi recubantes, nos securius inuenisset porrecto extensius brachio, & summi-
 tatibus sagi contortis, elatius adesse hostes signo solito demonstrabā: iisdemq;
 iunctis impetu communi ferebar, equo iam fatiscente. Terrebat autem plenilu-
 nium noctis, & planicies supina camporum, nulla si occupasset artior casus lati-
 bula præbere sufficiens, ubi nec arbores, nec fruteta, nec quicq; præter herbas
 humiles uisebatur. Excogitatum est ergo, ut ardēte superposita lampade, & cir-
 cumligata, ne rueret iumentum solum quod eam uehebat, solum sine rectore
 leuoribus ire permitteretur, cū nos ad montanos excessus dextera positos exten-
 deremus, ut præluere serbasem facem duci lenius gradienti, per se credentes eū
 tenerēt potissimū cursum: quod nisi fuisset præuisum, circūuenti, & capti sub di-
 tionem uenissemus hostilem. Hoc extracti periculo, cum ad nemorosum quen-

Sine apparitione.

Oscitante homunculo.

Vastatorias manus.

Octennis puer.

Ammianus fere captus.

Equo iam fatiscente, Planicies supina.

Pandit rerū integrā fidē. dam locū uineis arbutisq; pomiferis cōsitū Magriobriā nomine uenissimus, cui fontes dedere uocabulū gelidi: lapsis accolis omnibus, solū in remoto secessu latentē inuenimus militē, qui oblatu duci & loquutus uaria prae timore, ideōq; suspectus adigente metu, qui intentabatur, pandit rerum integram fidem, docetq; quod apud Parisios natus in Gallijs, & equestri militaris turmā uindictam quondā cōmissi facinoris timens, ad Persas abierat profugus, exindēq; morum probitate suspectata sortitus cōiugem, liberisq; susceptis, speculatorem se missum ad nos, quibus sepe ueros nūcios reportasse. At nūc se à Sapore & Hobodario optimatibus missum, qui cateruas dētauerant prädatorū, ad eos redire quæ didicerat perlaturū. Post hæc dicta, quæ agi in parte diuersa norat, occiditur. Proinde curarum crescēte sollicitudine, inde passibus citis Amidam pro temporis copia uenimus ciuitatē, postea secutis cladibus indytam, quod reuersis exploratoribus nostris in uagina internis figuris notarum membranā repperimus scriptā à Procopio ad nos perferri mādāta, tanq; legatū ad Persas antea missum cum comite Lucilliano, prædici hæc consulto obscurius indicantē, ne captis baiulis, sensuq; intellecto scriptorū excitaret materia funestissima. amandatis procul Graiorum legatis, forsitan & necandis rex Flongeuus non contentus, Helleponto iunctis Granici & Randici pontibus, Asiam cū numerosis populis peruasurus adueniet suoapte ingenio irritabilis & asperrimus, autore & in Actum & cōclamatū est. ni cauerit Græcia, qui textus significabat Perfarū regē, transitis fluminibus Anraba & Tigride, Antonio hortante dominiū Orientis adfectare totius. His ob perplexitatē nimiam lectis, cōsiliū suscipitur prudens. Erat eo tempore Satrapa Cordubena, qui obtemperabat potestati Perfarum, Iouinianus nomine appellatus in solo Romano adolescens, nobiscum occulte sentiens, ea gratia, quod obsidatus sorte in Syria detētus, & dulcedine liberaliū studiorū inlectus, remeare ad nostra ardētī desyderio gestiebat. Ad hūc missus ego cū Centurione quodam fidissimo, exploratius noscendi gratia quæ gerebantur, per auios montes angustiasq; præcipites ueni. Visusq; & agnitus, comiterq; susceptus, causam præsentia confessus, adiuncto taciturno aliquo locorū perito, mittor ad præcellas rupes exinde longe distantes: unde, nisi oculorū deficeret acies, ad quinquagesimū usq; lapidem, quod suis etiam munitissimū apparebat, ibi morati intergrum biduū, cum solentius adfulisset, cernebamur terrarum omnes ambitus subiectos, quos Orizontas appellamus, agminib; oppletos innumeris, & ante gressum regē uestis claritudine rutilantē, quem iuxta leuis incedebat Grymbate Scionitarū rex nobilis quidem, ætate media, rugosisq; membris, sed mente quadam gratifica, multisq; uictoriarū insignibus nobilis. Dextera rex Albanorum pari loco atq; honore sublimis, post hunc uarij autoritate & potestate eminentes erant, quos ordinū omniū multitudo sequebatur, ex uicinarū gentium roboribus lecta, ad tolerandā rerū asperitatē diuturnis casibus erudita: quosq; nobis Doriscum Thraciæ oppidū, & agminatim intra consepta exercitus recentis Græcia fabulosa narrabit. Cū nos cauti, uel ut uerius dixerim, timidi nihil exaggeremus.

Membrana notarum.

Baiuli literarum.

Actum & cōclamatū est.

Per auios montes ueni.

Cernebamur ambitus terrarum.

Ætate media. Rugosis membris.

Doriscus.

exaggeremus, præterita fidei testimonia neq; dubia, neq; incerta mōstrarunt. Postquā reges Niniuenæ Hadiabenæ ingenti ciuitate transmissa, in medio pontis Anzabæ hostes cæsis, extisq; prosperantibus transire latissimi, coniectantes nos residuam plebem omnem ægre penetrare post triduū posse, citius exinde ad Satrapen reuersi quieuius, hospitalibus officijs recreati. Vnde per loca itidem deserta & solata, magno necessitatis ducente solatio, celerius quā potuit sperari reuersi, confirmauimus animos hæsitantium, unum è naualibus pontem transisse reges absq; ulla circuitione perdoctos. Extemplo igitur equites citi mittuntur: tum ad Cassianum Mesopotamiæ ducem, rectoremq; prouinciæ, tum Euphroniū, compulsuri agrestes cum familijs & pecoribus uniuersis ad tutiora transire compelli & agiliter desereri, Carras oppidum inualidis circumdatum muris, super his campos omnes incendi, ne pabulorum suppeteret copia, his impetratis, sine morâq; completis, iniecto igne: furentis elementi uis maxima, frumenta omnia cum iam stipula flauenti turgerent, herbasq; pubentes ita contorruit, ut adusq; Euphraten ab ipsis marginibus Tigridis nihil uideri cerneretur. Tunc exusta sunt feræ complures, maximèq; leones per ea loca sæuientes, immaniter consumi uel cæcari sucti, paulatim hoc modo inter harundineta Mesopotamiæ fluminum & fruteta leones uagantur innumeri, dementia hyemis ibi mollissime semper innocui. At ubi solis radijs exarserit tempus in regionibus æstu ambusti, uapore syderis & magnitudine culicum agitatur, quorum examinibus per eas terras referta sunt omnia. Et quoniam oculos quasi humida & lucentia membra eidem appetunt uolucres palpebrarum libramentis mordicus insidentes, iisdem leones cruciati diutius, aut fluminibus merfi sorbentur, ad quæ remedij causa confugiunt: aut amissis oculis, quos unguibus crebro lacerantes effodiant, in amnibus effereant: quod ni fieret, uniuersus Oriens huiusmodi bestijs abundaret. Dum campi cremantur (ut dictum est) Tribuni cū protectoribus missi, ceterioris ripas Euphratis, & præacutis sudibus, omnique præsidiorum genere communibant, tormenta quæ erant non multum difficilia, locis opportunis aptantibus. Dum hæc celerantur, Sabinianus inter rapienda momenta periculorum cōmunium electissimus moderator belli interneciui, pedum senum sepulchra quasi fundata, cum mortui pace nihil formidans morte uitæ remissioris, fluxius agens militari Pyrrichio, sonantibus modulis pro histrionicis gestibus in silentio somno delectabatur omínofo sanè & incepto & in loco. Cum hæc & huiusmodi factu dictuq; tristia futura pronunciant, motus uitare optimum quenq; debere sæculi progressionem discamus. Interea reges ne sibi prostratione uili transmissa, incendijs arida nutrimentorum uarietate crescentibus, fugitantes inopiã pabuli, sub montium pedibus per ualles gramineas incedebant. Cumq; Babasen uillam uenissent, unde ad Constantiam usq; oppidum, quod centesimo lapide disparatur, arefcūt omnia siti perpetua, nisi quod in puteis aqua reperitur. Ex illis quid agerent diu cunctati, iamq; suorum duritia, fiduciaq; trāsituri, exploratore fido docente, cognoscūt Euphraten niuibus tabefactis inflatū, late fulis gurgitibus euagari, ideoq; uado nequaquā

Hospitalib⁹
officijs recre
ati.

Carræ oppi
pidum.

Frumenta
cremata.
Herbæ pu
bentes.

Culices in
Mesopota
mia innume
ri.

Protectores.

Militaris Pyr
richius.
Somno omí
nofo.

Constātia
oppidum.

posse transiri. Conuertuntur ergo ad ea quæ amplectenda fortuita daret occasio. Antonius dicere quid sentiat iussus, orditur: flecti iter suadēs in dexterum latus, ut per longiorem circuitum, ac omnē rerum usum regionem inferat suos, & consideratione ea qua rectus pergeret hostis, adhuc intractarū castra duo præfidaria Brigantes Ligios peterent sese ductante, ubi tenuis fluuius prope originem & angustus, nullisq; adhuc aquis aduenis adolescens facile penetrari poterit ut uadofus. His auditis, laudatq; suafore & iusso ducere qua norat agmina cuncta, ab instituto itinere conuersa per auium sequebantur. Quo certis speculationibus cognito, nos disposuimus pperare Samosata, ut superato exinde flumine, pontemq; apud Zeuma & Caperana uinctura, his abscis hostiles impetus si iuuisset, fogula repelleremus. Sed atrox, & silentio omni dedecus obruendum: nāq; duarum turmarum equites circiter septingenti ad subsidiū Mesopotamiæ recens & Illyrico missi enerues & timidi, præsidium per eos traductum agentes, nocturnasq; pauētes insidias, ab aggeribus publicis uespero quodam custodiri magis omnes tramites conuenirent, longius discedebant. Hocq; obseruato, eos uino oppressos & somno, xx milia Persarū feretam, Sapore & Nobodare ductantibus, nullo prospiciēte transgressa, post tumultos celsos uicinos Amida occultabatur armata. Moxq; (ut dictum est) cū abituris Samosatā Lucetiam tum dubia pergeremus: ablata quædam specula radiantium armorum splendore præstricti, hostisq; adesse excitatus clamitantes signo dato, quod ad prælium solet hortari, restitimus cōglobati: nec fugam capessere, cū essent iam in contuitu qui sectarentur, nec congregi cum hoste equitatu & numero præualentes, & ui indubitata mortis cautum extimantes. Deniq; ex ultima necessitate manibus iam conserendis, cum quid agi oporteat contaremur. Occiduntur quidam nostrorum temere procurfantes, & urgente utraq; parte Antonius ambitiose prægrediens agmina, ab Ursicino agnitus, & obiugatorio sono uocis increpitus, proditorq; & nefarius appellatus, sublata tyara quam capiti summo ferebat honoris insigne, dissiluit equo, curuatisque membris humum uultu penè contingens salutauit, patronum appellans & dominum, manus post tergum connectens, quod apud Assyrios supplicis indicat formam. Et ignosce mihi, inquit, amplissime comes, necessitate non uoluntate ad hæc quæ noui scelesti prolapsus, egere me præcipitem, inquit, flagitatores, ut nosti, quorum auaritia ne tua quidem excelsa illa fortuna propugnans miseris meis potuit refragari. Simul hoc dicens, è medio prospectu abscessit non auersus: sed dum euanesceret, uerecunde retrogradiens, & pectus ostentans, quæ tunc in curriculo semihora aguntur, post Signani nostri qui tenebant aditiora collis, exclamant, aliam cataphractorum multitudinem equitum ponè uisam celeritate quàm maxima propinquare. Atque, ut in rebus solet adfluctis, ambigentes cui nam deberet aut possit occurri trudente pondere plebis immensa, passim qua cuiq; proximum uidebatur, diffundimur uniuersi. Dumq; se quisque expedire discrimine magno conatur, sparsim disiecti hosti concursatori miscemur. Itaque spreta iam uiuendi cupiditate fortiter decernētes, ad ripas pellimur Tigridis alte excisas. Vnde

Fogula.

Amida.

Sublata tyara.

Necessitate, non uoluntate, prolapsus.

Curriculo semihora.

fas. Vnde quidā præcipites pulsi implicantibus armis hæserūt, ubi uadosus est amnis: alij lacunarū hausti uertigine uorabantur: nonnulli cum hoste congressi uario euentu certabant: quidā cuneorū densitate perterriti, petebant proximos Tauri montis excessus. Inter quos dux ipse agnitus, pugnatorumq; mole circū datus, cum Alario item tribuno, calonēq; uno, equi celeritate ereptus abscessit: mihi dum auius ab itinere comitum quid agerem circūspicio, Veremuanus domesticus protector occurrit femur sagitta confixus: quā dum auellere obtestante conlega conarer, cinctus undiq; antecedētibus Persis, ciuitatē petebam anheulo cursu, rependo ex eo latere quo incessabantur in arduo sitam, unōq; ascensu per angusto meabilem, quē scissis calibus mole ne ad calem ascenderent ædificata tensius cōstringebant. Hic mixti cum Persis eodem ictu procurrētibus, ad superiora nobiscum adusq; ortum alterius solis immobiles stetimus, ita cōfert, ut cæcorum cadauera multitudine fulta reperire ruendi spatiū nuscq; possent. Vtq; miles ante me quidā discriminato capite, qd' in æquas partes ictus gladij fiderat ualidissimus, in stipitis modū undiq; coartatus hæreret: & multiplicia tela p tormentorū omnia genera uolarent è propugnaculis: hoc tamē periculo muro, rum nos propinquitās eximebat: tandemq; per posticam ingressus, refertam in ueni cōfluente ex finitimis uirile & muliebre sexu. Nam & casu illis ipsis diebus in suburbanis peregrina commercia circūacto anno, solita celebrari multitudo cōuenarum augebat agrestium. Interea sonitu uario cuncta miscentur, partim amisso gementibus, alijs cum exitio sautijs, multis caritates diuersas, quas præ angustijs uidere non poterant, inuocantibus hanc ciuitatē olim perquam breuem Cæsar etiam dum Constātijs ut accolæ suffugium possint habere tutissimum. Eo tempore quo Antoniopolim oppidum aliud struxit, turribus circū dedit amplis & mœnibus. Locatōq; ibi conditorio muralium tormentorum fecit hostibus formidatam, suōq; nomine uoluit appellari. Et latere quidem australi geniculato Tigridis metu subluitur propius emergētēsq; uiri opponitur flatus Mesopotamiæ planē despectant. Vnde aquiloni obnoxia est Nymphæo anni uicina, uerticibus Taurinis umbra turgentes Transigritana dirimētibus & Armeniā spiranti Zephyro cōtrouersa Gumathena contigit regionē uberē, & cultu iuxta fœcundā, in qua uicus est Aberne nomine sospitaliū aquarū lauaris calentibus notus. In ipso autē Amide Meditullio sub arce fons diues exudat potabilis quidē, sed uaporatis æstibus nōnunq; fœtens. Cuius oppidi præsidio erat semp quinta Parthica legio destinata, cū indigenarū turma nō contemnenda. Sed tunc ingruentē Persarū multitudinē sex legiones raptim percursis itineribus antegressæ muris adstiterē firmissimis Magnentiaci & Decentiaci, quos post consumatos ciuiles procinctus, ut fallaces & turbidos, ad Orientem uenire compulit Imperator, ubi nihil præter bella timetur externa. Et Tricēsmani Decimicq; Fortensis & superuentores atque præuentores cum Eliano iam comite: quos tyrones dum etiā nouellos hortantem, memorato adhuc protectore erupisse Singora fusos, Persasq; in somnū retulimus trucidasse complures. Aderat comitum quoq; sagittariorum pars maior, equestres uidelicet turmæ ita cognominatæ.

Calo.

Domesticus
protector.Discrimina-
tum caput.

Cōditorio.

Antoniopolis.
Muralia tormenta.Sospitales
aquæ.
Meditullium.Ciuiles pro-
cinctus.

Auiditate rapiendi
piēdi aliena
festinans.

Congestum

Christiano
ritu.

minata; ubi mcerēt omnes ingenui Barbari armorum uiriūmq; fortitudine in
ter alios eminentes. Hæc dum primi impetus conatibus agminatim superatis,
rex cum populo suo, gentibusq; quas ductabat, aberrasse loco itinere flexo de-
xtrosus, ut monuerat Antonius p̄ Hermunduros in Ceracates, & Charchaten
inde transiturus Amidam cum prop̄ castella Romana uenisset, quorum unū
Reman, alterū Busan appellatur, perfugarū indicio didicit multorū opes illuc
translatas seruari, ut in monumētis præcellis & fidis: additūmq; est ibi cū supel-
lectili preciosa inueniri sceminā pulchram cum filia paruula. Cauasi Misibeni
cuiusdam uxore, municipali ordine, genere, fama, potentiāq; circūspectati. Aui-
ditate itaq; rapiendi aliena festinans, petit impetu fidenti castella, unde subita
animi cōsternatione defensores armorū uarietate præstrikti: cūctosq; prodide-
re qui ad præsidia cōfugerūt, & degredi iussi, cōfestim clauēs obtulere portarū:
parafactisq; aditibus, quicqd ibi congestū erat, eruitur, & productæ sunt attoni-
tæ sonitu mulieres, & infantes matribus implicati, Graues erūnas interniti tene-
rioris ætatis experti. Cūmq; rex percontando cuius iam coniunx esset Cauasi
comperisset uim in se metuentē, prop̄ uenire permisit intrepidā, & uisam oper-
tamq; absq; ornatu, ipsa atro uelamine certiore iam spe mariti recipiendi, & pu-
doris inuiolati mansuri benignius confirmauit. Audiens enim coniugem miro
eius amore flagrare, hoc præmio nisi bonā se proditiōē mercari posse arbitra-
tur. Inuentas tamē, aliasq; uirgines Christiano ritu cultui diuino sacratas, custo-
diri intactas, & religioni seruire solito more nullo uerante præcipit: lenitudinem
profecto in tempore simulans, ut omnes quos antehac diritate terrebat, sponte
sua metu remoto uenirent, exemplis recentibus docti, humanitate eum & mo-
ribus iam placidis magnitudinem temperasse fortunæ.

AMMIANI MARCELLI

NI RERVM GESTARVM LI-
BER DECIMVS NONVS.

Cuncta stel-
lātib? armis
coruscabant.
Insigne qd
Sapor gesta-
bat pro dia-
demate.



OC MISERAE nostrorum captiuitatis euentu rex
latus, successusq; operiens similes, egressus exinde
paulatimq; incedēs, Amidā die tertio uenit. Cūmq;
primū aurora surgeret, uniuersa quæ uideri poterāt,
armis stellantibus coruscabant, ac ferreus equitatus
campos oppleuit & colles. Insidēs autem equo, ante
alios celsior ipse præibat agminibus cunctis, aureū
capitis arietini figmentū interstinctū lapillis p̄ dia-
demate gestās, multiplici uertice, dignitate, & gentiū
diuersarū comitatu sublimis. Satisq; eum cōstabat colloquiōtenus defensores
mœniū tentaturū aliorum Antonini cōsilio festinantē. Verū caeleste nomē ut
Romanæ rei totius erumnas unius regionis cōcluderet, ambitū adegerat in im-
mensum